

σιν, nec ἐν τοῖς κειμένοις hac ratione numeretur, nemini mirum esse debet: cum ipsum etiam ὄν, nihil planè significet, nisi τῷ ὄντι, alicuius generis intelligentiã subiicias, vt substantiæ, quantitatis, qualitatis, & reliquorum generum. At vocabulum illud, quod nullã rem significat, nullius est categoriæ, neque nomen aut verbum esse potest: & proinde non potest esse pars enuntiationis. Quare (est) & (nō est) cum per se ita intelliguntur vt nullam rem significēt, neque ῥοίαν subiecti, neque tempus: erunt duntaxat vt copula quædam, neque in enuntiationis partibus numerabuntur. Est, autem con significat ῥοίαν: vt in hac enuntiatione, Deus est. & con significat tempus, vt in hac: bellum Gallicum est. Atque hac ratione, quia nimirū significat aliquid, est in numero τῶν κειμένων.

CAP. III. DE ORATIONE.

Quid sit λόγος. **Λ**όγος, id est, oratio est vox significans, cuius partes separatæ significant aliquid. Ac illud quod significant partes illæ separatæ, est tanquam φάσις, & simplex νόημα, nempe nomen aut verbum. φάσει exprimitur & intelligitur *Partes λόγου sunt φάσεις.* αὐτὸ ὄν quoduis, & indiuiduum ratione ῥοίας: qua ratione vnum quodque vel omnino noscitur, vel omnino ignoratur. Nã τὰ εἶδη rerum *φάσεις* sunt tanquam numeri, quibus nihil addi, nihil *ως pars* detrahi potest, quin ipsum εἶδος totum mutetur. *nihil significat* Sed non vt τῆς λόγου pars, nempe φάσις significat aliquid: ita etiam φάσεως pars significat aliquid,